Landesarchiv Sachsen-Anhalt
archivgut online

Signatur: Z 1, Nr. 64

Titel: (Siegfried, Abt von Hersfeld und Nienburg)

Laufzeit: 1180

Digitalisat: Z_1__Nr_64__0000.pdf
13.06.2025 04:18:04

© Landesarchiv Sachsen-Anhalt

Digitalisate von Archivgut, die das Landesarchiv Sachsen-Anhalt in seinem Internetangebot veröffentlicht, sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen unter den Bedingungen der 'Creative Commons Namensnennung - Keine Bearbeitung 3.0 Deutschland Lizenz' [1] kostenfrei weiterverwendet werden. Dabei ist die Herkunft und die Signatur des Archivguts zu nennen.

[1] http://creativecommons.org/licenses/by-nd/3.0/de/

In nomine sancte et individue trinitatis Sifridus Hersfelden-
sis et Nuenburgensis abbas. Notum esse volumus tam
futuris quam presentibus Christi fidelibus quod nos ob remedium anime
nostre operam dedimus de contractu concambii cuiusdam inter ecclesiam
Nuenburgensem et ecclesiam beate Marie in Magdeburg super duo-
bus mansis sitis in villa Luderdeburc cum adiacente seu at-
tinente curia in qua domus lapidea edificata fuit. Cum enim
tota fere villa Luderdeburc ecclesie beate Marie pertineret
et prefatos duos mansos cum attinente curia matrona que-
dam Adelheidis filia Thancmari ministerialis Nuenburgensis
ecclesie possideret, post mortem mariti eius Cunradi attemptave-
runt quidam mansos eosdem simul cum curia obtinere, unde
periculum procul dubio magnum imminebat ecclesie beate Marie dis-
pendium. Cui evitando diligenti cura intuentes et pe-
titione Olrici prepositi eosdem mansos in concambium de-
dimus ecclesie beate Marie simul cum prefata curia et pro eis
duos mansos in villa Cortlinge quorum quilibet solvit
xii solidos equa vice recepimus. Acta sunt autem hec Nuen-
burg ex voluntate et petitione predicte Adelheidis,
consensu quoque Gersvindis sororis sue nec non assensu Gunthe-
ri sororii earum, qui aliquamdiu contradicens tandem cum filio
suo cessit et facto huic cum ceteris ecclesie nostre minis-
terialibus adquievit. Concambium vero istud per manum nostram
et per manum advocati ducis videlicet Bernhardi celebra-
tum est, presente et annuente preposito Nuenburgensi
cum fratribus eiusdem ecclesie presentibus quoque et facto consentientibus
quam pluribus nobilibus beneficiatis et ministerialibus ec-
clesie Nuenburgensis. Huius rei testes sunt Baldamarus
frater noster, Conradus de Burg, Thedericus de Mulda et
quam plurimi ministeriales ecclesie nostre. Acta anno do-
minice incarnationis m. c. lxxx. feliciter. Amen.

Z 1, Nr. 64

© Landesarchiv Sachsen-Anhalt - 13.06.2025 04:18:04 (1510x2499)

Digitalisat: Z_1__Nr_64__0001
13.06.2025 04:18:05

Sigfridus [illegible]
Abbas

Sigifridus abbas sup. ii. mansus.

Siegefridus Abt zu Hirßfelt und Newenburgk durch einen wechsell vereigent d. Marien Kirchen in Magdeburgk 2. hufen landes und einen hoff im dorffe Luder, Debürgk gelegen, dargegen er den bemelten Kirchen 2. hufen Landes im dorff Lerlinge gelegen bekommen, datirt Anno 1180.

H.

H gen I 64

© Landesarchiv Sachsen-Anhalt - 13.06.2025 04:18:05 (2499x1124)

Digitalisat: Z_1__Nr_64__0002
13.06.2025 04:18:07